



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio cereorum in festo B.V. Purificat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

NB
omit.**BENEDICTIO CEREORUM**
in die Purificationis sanctæ Mariæ.**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.**R.** Qui fecit cœlum & terram.**V.** Dominus vobiscum.**R.** Et cum Spiritu tuo.**Oremus.**

Exaudi quæsumus Domine plebem tuam, & quæ extrinsecus, annuâ tribuis devotione venerari, interiùs assequi, gratiæ tuæ luce concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum, &c. Amen.

Lectio Malachiæ Prophetæ.*Malach.
cap. 3.*

Hæc dicit Dominus Deus. Ecce mittam Angelum meum: & præparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis: & Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem adventûs ejus? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fulionum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum & argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrifici-

De benedictione cereorum

Juda, & Hierusalem, sicut dies sæculi: & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.

Responsum ac ceperat Simeon

à Spiritu sancto non visurum se

mor tem nisi videret Christum Domi-


num & benedixit eum &

dixit: **N**unc dimittis servum tuum

in pace. **Q**uia viderunt ocu-

li mei salutare tuum

Domine. **L**umen ad revelationem genti-


um & gloriam plebis tuæ Isra


el. **Q**uia viderunt &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus qui hodiernâ die unigenitum tuum ulnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum præsentasti : tuam supplices deprecamur clementiam : ut hos cereos, quos nos famuli tui, in tui nominis magnificentia suscipientes gestare cupimus, luce accensos bene **+** dicere, & sancti **+** ficare atque lumine supernæ benedictionis accendere digneris : quatenus eos tibi Domino Deo nostro offerendo, digni, & sancto igne tuæ dulcissimæ charitatis accensi, in templo sancto gloriæ tuæ representari mereamur. Per Dominum nostrum. &c. Amen.

Oremus.

Domine Deus omnipotens creator coeli & terræ, Rex regum & Dominus dominantium, qui omnia ex nihilo creasti, & tuo jussu per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cerei pervenire fecisti : & qui hodiernâ die petitionem justi Simeonis implesti : te humiliter deprecamur ut has
can-

candelas ad usus hominum, & ad sanitatem corporum & animarum; per invocationem tui sanctissimi nominis: & per intercessionem sanctæ Mariæ Virginis genitricis Filii tui, cujus hodie festa devotè percolimus, ac per preces omnium sanctorum tuorum bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare digneris: & hujus plebis tuæ quæ illas honorificè in manibus suis portare desiderat, teque cantando laudare, exaudias voces de cœlo sancto tuo, & de sede majestatis tuæ, propitiusque sis omnibus clamantibus ad te, quos pretioso sanguine Filii tui redemisti, qui tecum vivit &c. Amen.

Oremus.

Bene **✠** dic Domine Jesu Christe hanc creaturam ceræ supplicantibus nobis: & infunde ei per crucis tuæ virtutem bene **✠** dictionem cœlestem: ut qui eam ad repellendas tenebras, humano generi tribuisti: taliter signaculo crucis tuæ fortitudinem, & bene **✠** dictionem accipiat: ut in quibuscunque locis accensa sive posita fuerit, discedat & contremiscat diabolus & fugiat pavidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis: nec præsumat amplius inquietare servientes Deo, vel illudere. Proinde supplices te quæsumus Domine, ut emittas sanctum Angelum tuum Raphaëlem, qui repulit à Tobia & Sara dæmonem

mortiferum & infestantem : ut conterat illum & propellat de cunctis habitationibus colentium Deum, de basilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectoriis, de universis locis in quibuscunque Deo famulantes habitant & requiescunt, dormiunt, vigilant, ambulant, & consistunt : nec valeat amplius inquietare, vel pavores immittere super illos quos sancti chrismatis tui unctioe fecisti munitos. Bene **I** dico te creatura cereæ in nomine Dei nostri & sanctæ Trinitatis : ut sis exterminatio diaboli, & omnium contubernaliū ejus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritūs sancti Deus:

Per omnia sæcula sæculorum. **D**ominus vobiscum: Sursum corda: **G**ratias agamus Domino Deo nostro: **V**erè dignum & justum est æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere,

agere, Domine sancte Pater omnipotens æter-
 ne Deus: **Q**uia per sereneissimam ac placidif-
 simam stellam Genitricem tuam Mariam, cujus
 sacratissimum nomen per ineffabile & inenar-
 rabile meritum, stellam maris interpreta tur, hu-
 manum genus illuminare dignatus es: Pro
 hoc maximo gaudio hodierna die ovantes, &
 ideo in manibus nostris venerabiliter cande-
 lasferentes, incessabili voce clamamus: ut
 pro

pro dulcissimo amore & clementissima inter-
 cessione tuæ dignæ Genitricis Mariæ: nos in-
 dignos sed tamen pretiosissimo sanguine tuo
 redemptos: æ terno ac vero lumine facias cle-
 menter perfrui.

Legendum est quod sequitur clarâ voce. Qui vivis & re-
 gnas, cum Deo Patre, in unitate Spiritûs sancti
 Deus; per omnia sæcula sæculorum **R.** Amen.

*Deinde aspergantur cerei & thurificentur: accendantur &
 distribuantur: & interim cantetur:*

Lumen ad revelationem gentium & gloriam
 plebis tuæ Israël. **N**unc dimittis servum tuum
 in pace. **L**umen adrevelat.

Quia

Processio in festo Purificat. B. M.

177

Quia viderunt oculi mei : salutare tuum.

Lumen ad revelationem &c.

Quod parasti : ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem &c.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

Lumen ad revelationem &c.

Sicut erat in principio & nunc & semper &c.

Lumen ad revelationem &c.

Ad Processionem.



Gaude Maria Virgo, cunctas hæ-



refes sola in te remisisti, quæ Gabrie-



lis Archangeli dictis credidisti. **D**um



Virgo Deum & hominem genuis-



ti, & post partum virgo inviola ta

Z

per-

perman- sti. **G**abri e lem Archange-

lum credimus divinitus te esse affatum;

uterum tuum de Spiritu sancto cre dimus im-

prægnatum, eru bescat Judæus infœlix qui

dicit Christum ex Joseph semine esse natum.

Dum Virgo Deum &c. **G**loria Pa-

tri & Fi li o & Spiritu i sanc to. **D**um Virgo


Deum &c.

Dum processio in templum revertitur, ad Antiphonam intonatur:
Benedictus.

Cum



Cum inducerent puerum Jesum parentes e-



ejus evova e.

Benedictus Dominus Deus Israël : quia visitavit
& fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis : in domo David
pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum : qui à sæ-
culo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : & de manu omnium
qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus
nostris : & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem
nostrum : daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostro-
rum liberati : serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso : omnibus die-
bus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis : præi-
bis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : in re-
missionem peccatorum eorum.

Z 2 **P**er

Per viscera misericordiae Dei nostri : in quibus
visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mor-
tis sedent : ad dirigendos pedes nostros in viam
pacis.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto;

Sicut erat in principio & nunc & semper : & in
saecula saeculorum Amen.

Si venerit in Quadragesimam, tunc sine

Gloria Patri & c. cantatur.



Cum inducerent puerum Jesum parentes ac-




cepit e um Si meon in ulnas su as &



be nedixit Deum dicens: nunc di mittis



Do mi ne seruum tuum in pace.



evovae.

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Perfice in nobis quæsumus, Domine gratiam tuam, qui iusti Simeonis expectationem implesti: ut sicut ille mortem non vidit, priusquam Christum Domini videre mereretur, ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eundem Dominum nostrum &c. Amen.

BENEDICTIO CINERUM. NB

Feriâ quartâ cinerum, ante missam benedicuntur cineres facti de ramis benedictis præteriti anni (si habentur) sequenti modo: Sacerdos indutus pluviali violaceo, vel sine casula procedit ad benedicendum cineres, in vase aliquo, super altare positos, & primò dicitur sequens Antiphona.

Exaudinos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine. *Psal. 63.*

Psalm. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. *Psal. 68.*

V. Gloria Patri.

Exaudi nos Domine &c.

Psalm. Domine ne in furore.

Pater noster.

Et ne nos.

V. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum. *Tob. 3.*

R. Neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Z 3

V. Do-